

**3076** [I]ovi Cacuno f. c. . .

*In Sabinis prope Canemorto (iam Urvinio) rep. (IX 4876 vidi).*

3077 Iovis | Cacu|nus.

*Romae in museo Kircheriano, lamina aenea, ubi reperta sit ignoratur (VI 571  
descripsit Kiessling).*

3078 aram | costituit | Iovi Cimi|nio A[g]i|leus<sup>1</sup> Pris|eus c. s. o. | v.  
l. s. o.<sup>2</sup>

*Orvieti* (XI 2688 vidit Bormann). — 1) *Nomen non certae lectionis est.* — 2) *Fortasse: cum suis omnibus votum liberis solvit* (Bo.); *sed lectio non est certa.*

**3079** Iovi | Vesuvio | sac. | d. d.

*Capuae (X 3806 semel descripta saec. XVII).*

3080

<i>Hercules (vultu adulescentis mortalis) cum pelle leonina et clava</i>	<i>Iuppiter cum aquila, ful- mine, sceptro; iuxta: quercus</i>	<i>Genius (barbatus) sedens in monte, laurum arborem amplectens</i>
<i>Herculi Iuliano<sup>1</sup></i>	<i>Iovi Caelio</i>	<i>Genio Caelimontis<sup>2</sup>.</i>
	<i>Anna<sup>3</sup></i>	<i>sacrum</i>

*Romae, incertum quo loco urbis effossa, vix in Quirinali ut traditur, sed potius in monte Caelio (VI 554; Bull. comun. 1887 tab. XIX p. 515 cf. p. 542). — 1) Talia cognomina, derivata a nominibus dedicantium vel eorum in quorum praediis sacella extorta erant, et in aliis diis inveniuntur, et in ipso Iove (N. 5040) et saepius in Hercule (v. infra N. 5444, 5468). — 2) Cf. Jordan Top. II p. 259. — 3) Nomen dedicantis.*

3081 pro salute et red[itu] | imp. Caes. Traiani Hadri[ani] | Geminia  
Myrtis<sup>1</sup> cum Anici[a Prisca f.] | aedem cultoribus Iovis Axo[rani<sup>2</sup> ded.], |  
ut in memoriam Anici Prisci c[on]iugis sui in ea semper epulentur.

*Terracinae ut videtur vel prope Terracinam (X 6485 ad exemplum Giovenazzii auctoris accurati). — 1) Eadem Geminia Myrtis et Anicia Prisca imperante Traiano Bellonae aedem fecerant X 6482. — 2) Iovis Axur repreaesentatur in nummis C. Vibii Pansae consulis a. 711 (Eckhel 5, 539); Iovem Anxurem Anxure (id antiquum Tarracinae vocabulum) cultum esse tradunt Vergilius Aen. 7, 799 cum Servio et Porphyrione ad Horat. sat. 1, 5, 26 cf. praeterea Mommsen X p. 625.*

3082 cultores Iovis Latii<sup>1</sup>: | M. Fremedius Severus et Blassia Vera  
patroni, | in dedicatione dederunt pane et vinu et X S<sup>2</sup>; | P. Seneka Cor-  
nelius patronus, aream d. d.; | M. Fremedius Iustus, et Iustinus; | T. Lu-  
rius Clemens, | T. Cossonius Severus, | (sequuntur alia nomina plus viginti, se-  
quebantur alia quae perierunt).

Pisauri (XI 6340 vidit Bormann). — 1) *Iupiter Latius praeterea ignotus; incertum utrum componendus cum Latiare supra N. 3072.* — 2) Denarios semisses.